

Lumen ergo illud a fontana anima animatum, quod in carmine primo loco est positum, de quo nos egimus, per totum, infinitum spacium fustum, supra Empyreum quoque mundum Chaldæi, locabant. Quod uti vidimus Philo sopercoeleste astrum vocavit, et Panaugiam, quæ fons esset sensibilibus syderum, a qua et Sol et Luna, et errantes, et inerrantes stellæ, quantum quæque possit proprias haurirent luces. Et Proclus de eodem scripsit.

Ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὢν, τὰς πηγὰς ἀφήσει τοῦ φωτός: καὶ οἱ γε μυστικώτατοι τῶν λόγων, καὶ τὴν ἐλόγητα αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὑπερκόσμοις παραδεδώκασι. Εκκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος, καὶ τὸ ὅλον φῶς: ὡς αἱ τε Χαλδαίων φήμαι λέγουσι, καὶ ἐγὼ πείθομαι.

“Sol supramundanus existens, fontes emittit luminis. Et maxime mystici sermones, universitatem eius, in supermundanis esse tradiderunt. Ibi enim est solaris mundus. Et universum lumen. Ut Chaldæorum famæ dicunt, et ego sum persuasus.”

Universitas ergo tota luminis, quæ et super cœlestis aster, et supramundanus Sol, et solaris mundus est dictus, est supra Empyreum cœlum. Quod equidem dogma comprobavit etiam Eustathius Antiochenus episcopus, dum sacram genesin exponens, hæc scripsit verba.

Ἐξῶθεν δὲ τοῦ οὐρανοῦ φῶς εἶναι ἀσκίαστον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ αἰώνιον, ἐν ᾧ Ἄγγελοι διαιτῶνται. περὶ οὗ φησὶ Σολομών. Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Εἰς ὃ καὶ οἱ καλῶς Βιώσαντες ἀναπάνονται. Νοήσεις δὲ τούτου τὴν οἰκονομίαν, ἐξ ἐναργῶς παραδείγματος. Ὅτι φῶς ἀβεστον, τὸν ἔξω χῶρον περιλάμπει τοῦ οὐρανοῦ. Τὸν δ' ἔσοι ἀχλὺς περιεῖχε πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸ φῶς.

“Extra vero coelum, esse lumen umbra carens, et incorruptibile, et æternum, in quo Angeli degunt. De quo Salomon. Lumen iustis in æternum. In quo et qui bene vixerunt, requiescunt. Intelliges autem huius oeconomiam ex manifesto exemplo. Quod lumen inextinguibile, exteram coeli regionem circumlustrat. Internam vero caligo obtinebat, antequam lumen esset factum.”

Hoc autem lumen supra omnes septem Chaldæorum mundos, ait Proclus, veluti unitatem, et monadem fuisse ante Trinitatem Empyreï, ætherei, hylæi. Omnis enim multitudo a sua est unitate. Sed coram hanc rem ex eius sententia explicemus. Simplicio referente Commentariis suis in Aristotelis tractatum de loco.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κέντρα τοῦ κόσμου παντός: ὡς ἐνὸς ἐν τούτῳ πεπηγένη. Εἰ γὰρ τὰ λογία, τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου, ὑπερ αὐτὸν ἐν αἰθέροπέπηγεν: κατὰ τὸ ἀναλογον ἀναβαίνοντες, τοῦ ἀκροτάτου τῶν κόσμων, ἐν τῷ φωσί τούτῳ, τὰ κέντρα φήσῃν ἰδρῦθαι. Μήποτε δὲ τὸ φῶς τοῦτο πρῶτον, ἐστὶν εἰκὼν τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ὑπερκόσμιον, ὅτι καὶ ἐκεῖνος.

“Videntur autem, et centra mundi totius, tamquam unius in hoc esse fixa. Nam si oracula, mundi materialis centra, in eo qui supra eum est, æthere infixere, proportionem ascendendo, supremi mundorum centra in hoc lumine dicemus esse stabilita. Num, vero lumen hoc primum, imago est Paterni profundi? Et ob id supramundanum est, quoniam et illud?”

Post autem nonnulla hæc adiungit:

Μάλιστα δ' ἐκ τῆς θείας παραδόσεως. Εἶπερ καὶ τὸ ἐμπύριον, διὰ τοῦ αἰθέρος: καὶ τὸν αἰθέρα φησὶν διὰ τοῦ ὑλαίου χωρεῖν: καὶ εἶπερ αἱ τετράδες, καὶ αἱ ἑβδομάδες. Αἱ νοεραὶ πάσαι, πηγαῖαν ἔχουσι τάξιν, καὶ διὰ τοῦτο, ἐμπύριον τὴν επιστάσιαν, συμπροερχονται ὁμῶς τοῖς κόσμοις: ὡς καὶ τοῦ ἐμπυρίου διὰ πάντων χωροῦντος.

“Maxime vero ex divina traditione. Siquidem et Empyreum, per ætherem, et æthera dicit per materialem penetrare. Et si quaternitates, et hebdomadæ omnes intellectuales, fontanum habent ordinem, et ideo Empyreum habeat præidentiam, continentur nihilominus mundis: utpote Empyreum per omnes penetrante”.